+

ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia

1409 poenis simplicibus vel duplicatis, evasionibus suspensionibus

fatalibus Iuris praescriptione Terrestri bello conventioneque ac

aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo

nec modo alioquovis evadendo. Hac sua praesenti per

sonali recognitione ad praemissa omnia et singula

mediante.

Hoszowska Marito suo Po piełowi Aduitalitatem Inscribit.

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus

1247 Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis

Anna Hoszowska Nobilis Stephani Hoszowski, cum

olim Nobili Helena Błazowska # procreata filia No:

bilis vero Theodori Popiel Zastowczak Consors legitima

sana mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus

Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus

recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemy:

sliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum

successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter

et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere

publice ac per expressum recognovit. Quia ipsa cum eius:

dem Mariti sui suprascripti viri Tutoris Coniugalis personali

assistentia et authoritate ac ultroneo ad infrascripta reco:

gnoscenda Consensu eidem suprascripto Nobili Theodo:

ro Popiel Zastowczak sui Recognoscentis Marito super ge:

neralibus bonis suis haereditariis, et obligatoriis, mobilibus

et immobilibus, summisque quibusvis pecuniariis habitis

et habendis nec non auro, argento, stanno, cupro, aere Cri:

chalco, monilibus, unionibus, Margarethis, vestibus vestimentis

pecoribus, pecudibus, equis, equitiea, totaque suppellectili

domestica in quacunque forma et materia existens nunc

habitis et in post habens ad vitalitatem eorum fructum

ad extrema duntaxat vitae ipsi tempora inscripsit et

concessit.

Consorte eius legitima.

concessit, prout inscribit et concedit praesentibus tali Videlicet modo quod si prius praefatam Nobilem Annam Hoszowska Recognoscentem Consortem quam praedictum Nobilem Theodorum Popiel Lastowczak Sui Recognoscentis Maritum, de hac luce decedere contigerit extunc idem Nobilis Theodorus Popiel Lastowczak Maritus Suus bona generaliter omnia, haereditaria, obligatoria, mobilia et immobilia res[que] Suprascriptas omnes morte eiusdem Consortis Suae derelictas, cum omni eorundem Iure dominio et proprietate, omnibus[que] et singulis bonorum eorundem Suprascriptorum[que] rerum Utilitatibus fructibus proventibus, reditibus Commodis, obventionibus, attinentiis[que] et pertinentiis generaliter Universis, tenebit, habebit et possidebit, illis[que] quiete et pacifice Utifruetur ad extrema duntaxat Vitae Suae tempora, post mortem Vero eiusdem Nobilis Theodori Popiel Lastowczak Mariti sui Recognoscentis extunc bona eadem Suprascripta omnia ad Successores praefatae Nobilis Annae Hoszowska Consortis Suae sine Ulla Contradictione et impedimento, Successorum praefati Nobilis Theodori Popiel Lastowczak Mariti Sui Recognoscentis cum pleno Iure eorundem bonorum praemissorum[que] omnium devolventur. 1919

Kulczijcki Kulczijckiemu. Donat. 1244

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis Andreas Kulczyski Nieczwiedz dictus olim Nobilis Hiacynthi Kulczijcki filius, sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iunibus, Iurisdictionibus[que] Suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo, praesenti Vero Castrensi